



1. N. 7.

DISPUTATIO JURIDICA

1662, 22

De

EMPTIONE-
VENDITIONE.

26
11

Quam

Consensu & Autoritate Nobilissimi

JCtorum ordinis, in celeberrima Lipsien-
sium Academia,

PRÆSIDE

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, ac Consultissimo,

DN. PHILIPPO ADOLPHO

WALThERO, J. U. D. ac Practico
famigeratissimo,

Patrono, ac Præceptore suo atatem devenerando
publicè tutabitur

JOHANN FRIDERICH Besser/

Dröfig. Misn.

AUTOR & RESPONDENS.

Ad diem VII. NOV. Anni M DC LXII.


In Acroaterio JCtorum, Horis consvetis.

LIPSIAE,


Literis Viduæ HENNINGI COLERI.

10.
H. D. Philip





PROOEMIUM.



Mpla & illustris
doctrina est, quam no-
bis Contractuum exhibet ma-
teria: Quid enim in totâ no-
strâ vitâ frequentius Contra-
ctibus, Commerciis ac nego-
tiationibus? Quid in curiis
crebrius controversiis ac liti-
bus motis inter contrahentes?

Quid in cathedris tam contentiosum, quam conclusio-
nes è Contractuum materiâ desumptæ? Atque cum
multa in universâ Jurisprudentiâ gravia & utilia ac-
curatè copioseque à Dd. disputata sint; latissimè pa-
tere videntur ea, quæ tradita ab illis atque exhibita re-
periuntur de Contractibus Consensualibus, inter quos
instar gemmæ coruscat, ac frequentissima est Emtio-
Venditio. Hâc enim nulla vitæ pars, neque publi-
cis, nec privatis in rebus vacare potest. Atque hæc
quidem sententia ita communis est, ut à nemine in du-
bium vocari possit. Quis est enim, qui non agno-
scat emtione & venditione sublatâ præcipuum rei pa-
randæ titulum abesse? Sed cum frequentia ac quoti-
diana

PROOEMIUM.

diana pleniùs tractanda sint. *l. 25. ff. de lib. leg. l. 1. ff. de susp. tut.* Ideò rectè Imp. Justinianus materiam hanc (*quæ totum lib. 18. ac tit. 1. lib. 19. ff. nec non in IVto lib. Cod. 27. rubricas occupat.*) latisimè pertractavit, prout docet *Fabian. de Monte. Tract. de Emt. & Vend. in Praef. Vultej. in Comm. Inst. h. t. in pr.* Quapropter & me de fabæ punctulo, vel re inani, acturum non putavi, si relictis illis, quæ magis ad officium, quàm negocium, magis ad jejunam disceptationem, quàm utilitatem spectant, hanc nobilissimam Emtionis & venditionis materiam, aliunde sparsim collectam, pro ingenii modulo elaboratam, publico examini sisterem. Ne autem longior sim, quàm necesse est, ad rem ipsam progrediar, atqve hæc in dissertatione, definitione nominali, reali, ac divisione, nec non causis constituentibus in certa capita distributis, simili modò reliqua, quæ ad enodationem materiæ hujus uberrimæ methodicam pertinere arbitrabor, eâ brevitæ, quâ fieri poterit, exponam.

I. N. J.

I. N. J.

DISPUTATIO JURIDICA DE EM-
TIONE-VENDITIONE.

CAP. I.

De Definitione nominali, reali, ac
Divisione.

§. 1.

Cum in omni disciplinâ, maximè certè in Jure nostro, potior quidem rerum, verborum autem prior ratio habenda. *l. 1. de J. & J. l. 1. ff. de reb. cred. Hopper. lib. 1. de element. Jur. Gæddens ad Rubr. tit. de V. S. ac perceptio nominis ad perceptionem ipsius rei nos provehat. Galen. lib. 1. de method. Scalig. Exerc. 1. ideoq; & hõc locò lubet, antequam ad ipsius rei pertractationem veniam, ne ordinis rationem invertam, definitionem nominis non præterire.*

§. 2. VOCABULUM EMTIONIS merè Latinum esse contendit *Pacustr. de Emt. & Vend. axiom. 6.* Alii verò verbum emo deducunt à Græcò ἐμὸν, id est, meum, quos alleg. *Just. Mejer. in Colleg. Argentorat. tit. ff. de contr. emt. th. 3. Harprecht. pr. Inst. h. t. n. 1.* Ut enim mutuum exinde dictum, quasi è meo tuum fiat; *pr. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* Sic à Græcò ἐμὸν ideo dici potest Verbum Emo, quoniam in emtione semper id ago, ut res mea fiat. *l. 80. §. fin. ff. de contr. emt.* Significat quoq; emere, acquirere, comparare &c. *Varro l. 2. de Re Rust. cap. 8. & 10.* Unde qui pecuniam pro re certâ dat, dicitur emtor. *Först. Jun. lib. 3. Tractat. Justin. Diss. 18. th. 1.* VOCABULUM VENDITIONIS quod attinet, descendit à vendo, & hoc à venum do, U & M litteris abjectis, autore *Apulejo*, ut sit vendere, quasi venum dare, id

Unde deducitur Vocabulum Emtionis?

Unde venditionis?

A 3

id

id est, facere, ut res una veniat ad alium. Hinc is, qui venum dat, atque rem pro certo pretio tradit, venditor appellatur. *Donnell. lib. 13. Commentar. cap. 1.*

Vocabula Emtionis & venditionis quomodo posita reperiuntur?

§. 3. Contractus hic emtionis & venditionis exprimitur duobus hisce vocabulis, quæ aliquando conjunctim, ut in *tit. Inst. de Emt. & vend.* aliquando disjunctim, ut *tit. ff. de contrahend. emt. & Cod. de rescind. vendit.* ponuntur. Ea quoque in inscriptione nostræ Dissertationis conjunctim locare placuit, quoniam sunt Correlativa, quorum natura & regula est, ut ad positionem unius sequatur positio alterius, prout probat *l. 1. C. de Cupress. ex luco Daphn. ibiq; Godofr. ac Perez. n. 2.* Significat igitur emtio venditio unum contractum, sed duo facta; aliud enim est emere, aliud vendere, alius emtor, alius venditor. *l. 1. §. 1. in fin. l. 8. in pr. ff. de contrah. emt. ibi. nec emtio;* alia actio datur emtori, alia venditori, *§. 1. Inst. h. t. tot. tit. ff. de act. emti. Colleg. Argent. th. 2. h. t.* quamvis alterutrum vocabulum pro toto contractu positum reperiatur. *l. 2. ff. de contr. emt. l. 13. §. 25. ff. de act. emt. l. 19. ff. eod. Bocer. class. 1. Disp. 4. th. 8. Dn. Strauch. Dissert. 15. aph. 2.*

Acceptio vocabuli Emtionis.

§. 4. Sumitur autem vocabulum emtionis in jure nostro, non unô modô, sed variè, (1.) GENERALITER, & sic in *l. XII. tabb.* omnem alienationem complecti videbatur. *l. 29. §. 1. ff. de statu liberis. Caballinus tract. de Evict. §. 1. n. 4. Mozzius tr. de Emt. & vend. in pr. n. 26.* & quidem ob identitatem rationis ac ex mente Jurisconsultorum, & quoniam quælibet ferè alienatio per imaginariam venditionem celebrabatur. *Ulpian. in Fragm. tit. 19. Hænon. Disp. 16. controu. 1. Bronchorst. Cent. 2. assert. 61. VVissenbach Disp. 34. th. 1.* Tam ampla autem & lata emtionis acceptio hodie non ampliùs frequentatur, docente *Steph. Forcatulo Dial. 47. Necyomant. Jurisp.* (2.) Sumitur METONYMICE pro instrumento emtionis. *l. 2. C. qua res pign. obl.* (3.) SPECIALITER ac propriè pro certâ Contractus specie, quæ à permutatione originem sumit teste *Paulo l. 1. in pr. ff. de contr. emt.*, quâ pro re tradendâ unus contrahentium certum pre-

pretium dare promittit, §. 1. & 2. *Inst. h. t. & passim, ff. & C. hic.*
NEC OBSTAT §. *item pretium 2. Inst. h. t.* ubi dicitur permuta-
 tionem esse speciem emtionis vetustissimam. Pariratione
 venditionis vocabulum sumitur (1.) **GENERALITER** pro
 omni alienatione. l. 8. §. 1. ff. *quib. mod. pign. vel hypoth. solvit.*
 (2.) **PROPRIE** pro eâ emtionis venditionis parte, quâ pro
 pretio unus contrahentium certam rem tradendam promittit.
Mejer. in Colleg. Arg. hic thes. 2. Knippfchild Exerc. 8. th. 3. ubi plu-
 res significaciones enumerant.

Acceptio vo-
cabuli Ven-
ditionis.

§. 5. **IN HOC IGITUR STRICTO SIGNIFICATU,**
 & quatenus utraq; vox contractum hunc representat, accipitur
 definiturq; **EMTIO - VENDITIO : CONTRACTUS SOLO CON-**
SENSU INITUS, DE RE SIVE MERCE, EMTORI
TRADENDA, ET PRETIO CERTO NUMMARIO
VENDITORI DANDO. Hanc Definitionem amplectun-

DEFINITIO.

tur *Trentlerus, Bocerus, ac Hoenonius,* & communiter ferè *Dd. Ge-*
 neris **LOCO PONITUR CONTRACTUS,** quem esse pro-
 batur per verbum **Contractus ac contrahere,** uti in §. *fin. Instit.*
de Oblig. & tit. Inst. de obligat. ex consens. nec non tit. de emtione &
vend. l. 1. §. 1. l. 2. ff. de O. & A. l. 7. §. 1. ff. de pactis. Genus itaq;
 hoc non solum emtioni & venditioni, sed & reliquis Contracti-
 bus consensualibus commune est, qui Contractus consensuales,
 quod propriè loquendo sint contractus, omninò affirmamus,
 contra *Giphan. ad l. 7. §. 4. ff. de pactis.* Intelligitur autem Con-
 tractus **Juris Gentium.** §. 2. *Inst. de I. N. G. & C. l. 5. ff. de J. & J.*
l. 7. pr. & §. 1. ff. de pact. Vide Althus. p. 1. Jurispr. c. 32. & Goedd.
Disp. 7. th. 1. SOLO CONSENSU INITUS. l. 1. in fin. ff. de contr.
emt. l. 2. pr. & 48 ff. de O. & A. Unde differt à reliquis Contra-
 ctibus; qui re, verbis aut literis perficiuntur; & hic Contractus
 etiam inter absentes per epistolam vel nuncium, quin imò solò
 nutu fieri potest, *alleg. jur. & l. 48. l. 52. §. fin. ff. de O. & A. pr.*
Inst. de oblig. quæ ex consens. Bocer. Class. 1. Disp. 4. th. 6. Harpr. in
Comm. Inst. ad pr. h. t. n. 15. NOMINATUS. l. 7. §. 1. ff. de pact. l.
1. §. 2. ff. de rer. permut. unde differt ab iis, qui non habent no-
 men civile & legitimum, uti notat *Borcholt. disp. de emt. arg. 1.*

Genus ex-
plicatur.

BONÆ

BONÆ FIDEI, §. 28. *Inst. de act. l. 2. §. 3. & fin. ff. de O. & A.* plures differentias, quibus à reliquis contractibus differat, enumerat *Dn. Hahn ad Wesenb. h. t. n. 2.* de quibus etiam hâc in dissertatione apto loco mentionem faciam.

§. 6. Quamvis solò consensu Emptio-Venditio perficiatur, non tamen excludenda est Merx, quæ adeò est necessaria, ut sine eâ non possit intelligi hic Contractus. *l. 8. ff. de contr. emt. & pretium sine quo nulla est emptio. §. 1. Inst. h. t. l. 2. §. 1. l. 36. 55. ff. de contr. emt. l. 9. C. eod.* Versatur autem Consensus hòc in Contractu maximè circa rem & pretium, atque hæc duo conciliant, quæ tria rectè vocantur à *Dd. SUBSTANTIALIA*, prout docet *Goedd. Disp. 7. th. 2. nec non Dn. Hahn ad Wesenb. h. t. num. 5.* Dicitur autem notanter: **RE EMPTORI TRADENDA** (non danda) quoniam tradere, non dare, mercem emptori venditor tenetur *l. 11. §. 2. l. 30. §. ult. ff. de A. E. l. 25. §. 1. ff. de contr. emt.* **TRADERE** verò hîc non significat dominium transferre. *l. 28. ff. de V. O. qualem significationem habet verbû DARE. §. 14. Instit. de act. l. 75. §. ult. ff. de V. O. l. 2. C. de contrah. & committ. stip. Coras. ad l. 2. ff. de reb. cred. Dominii enim translatio non est omninò ac præcisè necessaria, sed sufficit, ut præstetur emptori rem habere licere. l. venditor. 8. ff. de Eviçt. l. 30. §. 1. ff. de A. E. Ludolph. Schrader. de Contractibus, cap. de emt. num. 102. Hoenon. ad Pand. Disp. 5. th. 1. aut igitur venditor est mercis dominus, aut non est; Si est, emptorem quoque facit dominum. l. 11. §. 2. ff. de A. E. sin secus, non plus juris in illum transmittit, quàm ipse habet. l. 54. ff. de R. 7. Et quia nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat, l. cum manu sata. 80. §. fin. ff. de contr. emt. idèò ad minimum venditor, si dominus rei non sit, tenetur usufructu conditionem ad emptorem transferre, proinde eviçtionis nomine ei obligatur, licet de eviçtione nil expressè convenit. l. 11. §. 2. & 8. ff. de A. E. l. 52. §. 1. ff. de V. O. l. 60. ff. de Eviçt. l. 6. ibique Godofr. C. eod. Wesenb. in Nap. ff. de A. E. num. 4. Franck. in Comm. ffor. eod. n. 33. Tandem in Definitione nostrâ dicitur; **PRETIO NUMMARIO VENDITORI DANDO.***

Substantialia
Emptionis
venditionis
quænam?

Quid hoc
loco tradere?
Quid dare?

Quo-

Quoniam nummos venditoris facere. *l. 11. §. 2. ff. de A. E. l. 1. in pr. ff. de rer. permut. atque sic statim persolvere tenetur, nisi fides pro pretio fuerit habita, aut satis eo nomine factum. §. 41. & 42. J. de R. D. l. 19. l. 53. ff. de contr. emt. Treutl. vol. 1. Disput. 28. th. 6. lit. A. Arumæ. Exerc. Justin. 14. th. 4. in fin. Cur autem tam dispariter venditor rem tradere, emtor autem pretium dare debeat, notant *Mozziustr. de Emt. col. 3. num. 9. Godofr. ad saepe cit. l. 11. §. 2. ff. de A. E. & noviter Handedoesius Exerc. Imp. 18. qu. 5. nec non Franzk, in tit. ffor. de contr. emt. num. 272. & seq.**

§. 7. His igitur expositis ad DIVISIONEM Emtionis & venditionis progredior. Contrahitur autem (1) VEL IN SCRIPTIS VEL SINE SCRIPTIS; hæc statim perfecta est, simul atque de re ac pretio convenerit; illa non prius perficitur, nisi instrumentum legitime confectum; omnibusque numeris completum fuerit. *pr. Inst. h. t. vers. sed hoc quidem. l. contractus 17. C. de fid. instrum. Fabianus de monte quest. 5. num. 76. Acacius Anton. de Ripollâ Var. Resol. Jur. c. 11. num. 32. Utraque vel pure fit, vel sub conditione, §. 4. Inst. h. t. quarum illa statim, hæc non prius, nisi conditio impleta fuerit, perficitur. l. 7. ff. h. t. Dn. Ludovell. in Disput. 13. th. 3. lit. d. licet itaque Scriptura regulariter non ad essentiam, sed probationem requiratur contractuum. l. 4. ff. de pign. l. 4. ff. de fid. instr. Secus autem est, si ab initio ita actum, ut scripto contrahatur, tunc enim Scriptura quasi essentialis fit contractui, quia non simpliciter, sed sub hac quasi conditione, ut non nisi Scripturâ interveniente contrahatur, consensus est. *Franzk, in tit. ffor. de contr. emt. num. 14. Vide pluribus Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 105. num. 4. Schrader. de Contractibus. cap. de Emt. Vend. n. 5. Zoes. in C. h. t. lit. A.**

(2.) CONTRAHITUR VEL AD MENSURAM ET QUANTITATEM, nach dem Anschlage / taxationis scilicet causâ, mensurâ, numero & pondere expressô : VEL AD CORPUS SIVE SPECIEM, per aversionem scilicet, über Haupt / durch den Bogen. Illa non aliter intelligitur perfecta, nisi res in eâ fuerint ad mensurâ, ad numeratâ atque ad pensâ, *l. 35. §. 5. ff.*

B

de

Diviso.

de contr. emt. l. 2. C. de peric. & commod. rei vend. Hæc statim robur adqvirit, simul ac de pretio convenerit, d. l. 35. §. 5. ff. de contr. emt. Ar. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. cap. 2. n. 3. 4. & seqq. Bocer. Class. 1. disp. 4. thes. 16. & seqq. Dn. Carpzov. l. 5. Respons. tit. 4. num. 1. & seq. Resp. 25.

CAP. II.

De Causâ Efficiente Emtionis- Venditionis.

§. I.

Causâ Efficiens hujus contractus quanam?

Consensus qualis esse debet?

An aliquis cogi potest rem suam vendere?

CAUSA EFFICIENS hujus Contractûs, alia est propinqua, alia remota. REMOTA est jus Gentium. l. 7. ff. de pact. l. 5. ff. de J. & J. PROPINQUA est consensus contrahentiû pr. Inst. de Obl. quæ ex consens. l. 2. §. 1. l. 48. ff. de O. & Act. Just. Mejer. in Colleg. Arg. h. t. th. 6. Mynsing. ad rubr. Inst. h. t. num. 7. Inter quos necessariò adesse debet, ut supra diximus Cap. 1. §. 5. Consensum autem accipimus mutuû emtoris & venditoris tantum, non aliorum, nisi fortè jus *πραγματικόν* receptum sit, Dn. Ludvvell. Disp. 13. th. 2. lit. b. Exigimus autem consensum; qui SIT IN PRÆSENS, NON FUTURVM NEGOTIVM, DIRECTVS, quoniam non sufficit nuda de vendendo in futurum conceptio, Franzk. in t. t. ff. de contr. emt. num. 81. & aliud est venditio, aliud pactum de vendendo. Harprecht in Comment. Instit. tit. de obl. ex consensu. num. 11. Præsens autem consensus etiam hic est, si quis in populari nostrâ lingvâ dicat: Ich wil es also kauffen / & venditor respondeat, Ich wil es dir also lassen / Vid. Colleg. Argent. h. t. num. 31. ac Knipschild. Exerc. 8. th. 10. Sit porrò consensus LIBER, NON COACTVS, quia coacta venditio rescindi solet, l. 1. C. de resc. vend. & quia nil tam contrarium contractibus consensualibus, quàm vis & metus. l. 116. ff. de R. J. Hinc nemo invitus cogi potest, rem suam vendere, l. 5. C. de O. & A. l. 11. l. 13. l. 14. C. de contr. emt. l. 70. de R.

de R. V. l. 11. ff. de R. J. l. 9. ff. rer. amotar. nisi in certis casibus, puta si vel per legem, vel per testatorem aliter provideatur, ut patet ex l. 49. §. penult. & ult. l. 66. ff. de legat. 1. §. 2. Inst. de his, qui sui vel al. jur. sunt. l. 34. §. 2. C. de donat. l. 13. §. 17. ff. de A. E. l. 7. §. fin. ff. communi dividund. l. 12. in pr. ff. de religios. & sumt. fun. l. 2. C. ut ne- mini liceat in emtione specier. se excus. l. 1. §. 11. ff. de offic. Praes. U. l. 14. §. 1. ff. quemadm. servit. amitt. l. 2. C. de commun. rer. alienat. Vid. Franzk. ad tit. ffor. de contrah. emt. num. 85. seq. Vid. Myn- sing. Cent. 5. Obs. 37. Bronch. Cent. 2. Ass. 63. Sit quoque consen- sus VERUS, non SIMVLATVS; quia emtio simulata & ima- ginaria, quæ veritate non interveniente contrahitur, & ubi fides facti simulatur, Juris vinculum non obtinet. l. Contractus imagina- ri. 54. ff. de O. & A. l. 55. ff. de contrah. emt. Tandem consensus sit PERSPICVVS, non ERRONEVS. Errantis enim non est consensus. l. 9. C. de Jur. & fact. ignor. l. 116. §. 2. ff. de R. J. l. 15. ff. de jurisdict. l. 57. ff. de O. & A. & per consequens error Contra- ctum hunc invalidum reddit alleg. jur. Phil. Matthæi, ad l. 116. ff. de R. J. Qui igitur tam obscuram conventionem edit, patia- tur ut contra illum interpretatio instituatur, sive sit emtor, sive venditor, sibi enim imputet, suæque imprudentiæ adscri- bat, quod tam ambiguus fuerit, cum tamen aperiùs loqui po- tuerit. arg. l. 39. ff. de pact. & ibi Bartol. l. 172. ff. de R. J. i. 21. ff. de contr. emt. l. si in emtione. 34. in pr. ff. h. t. atq; sic sentiunt Treutle- rus Vol. 1. Disp. 28. th. 7. lit. d. & e. Harpr. in Comm. Inst. h. t. ad princ. num. 21. Knippschild. Exerc. 3. quæst. 7. Dissent. Hackelm. Disp. 11. th. 2. lit. b. Hænon. Disp. 16. th. 4.

§. 2. Dictum de requisitis Consensûs, dicendum nunc re- stat de PERSONIS, quæ contractum hunc celebrare possunt, ac inire prohibentur. Omnes itaque, emtionem - venditio- nem contrahere, qui & reliquos contractus celebrare possunt, nisi prohibeantur. arg. l. 43. §. 1. ff. de procur. Mejer. in Colleg. Ar- gent. h. t. th. 7. Iniquum enim esset, ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem l. 2. ff. si à paren- te quis manum. Prohibetur autem (1.) FVRIOSVS l. 2. C. de con-

Obscura ac
ambigua cõ-
ventio con-
tra quem in-
terpretanda?

Quenã Per-
sonæ hunc
contractum
celebrare
possunt?

Prohibetur
tr. Furius.

tr. emt. §. sed & mente captis. 4. Instit. de Curator. l. 1. §. 12. ff. de O. & A. l. 5. l. 40. ff. de R. J. Et hæc sententia non solum expressis allegatis textibus est munita, sed & rationibus multis confirmari potest. Furiosus enim, quatenus talis, voluntatem non habet, per d. l. 40. ff. de R. J. ubi autem nulla voluntas, ibi nec consensus; ubi nullus consensus, ibi contractus emtionis & venditionis cum effectu celebrari nequit, quoniam, ut supra dixi, consensus est ex numero substantialium emtionis & venditionis, l. 9. ff. de contrah. emt. Furor autem quosdam indefinenter & perpetuò corripit, nonnullis dilucida intervalla indulget, l. 2. C. de contrah. emt. l. penult. C. de curat. furios. Hæc omnia ad perpetuò furentem sunt applicanda; at ille, qui intermissum furorem habet, tempore illo, quo sanæ mentis est, rectè contrahere potest. l. 2. C. de contrah. emt. ibique Donell. num. 3. l. 9. C. qui test. fac. poss. arg. l. 14. ff. de off. præsidis. Quæcunque de furiosis dixi, etiam ad dementes, menteque captos restringo. §. 4. Inst. de Curat. furor enim ac dementia non raro ab Jctis confunditur, prout declarat l. 32. §. 6. ff. de usu & usufr. legat. Vid. Gœd. tr. de contrah. & committ. stipul. cap. 7. m. 97.

Infans.

§. 3. Prohibetur (2.) INFANS, qui in Jure dicitur is, qui nondum 7. annos excessit l. 18. pr. C. de jure delib. Menoch. A. J. Q. lib. 2. cas. 57. num. 9. Hic igitur per se hunc contractum celebrare nequit, utpote cum non intelligat, quid dicatur aut agatur, §. 10. Instit. de inutil. stipul. l. 1. §. 13. ff. de O. & A. l. 1. §. 2. ff. de admin. tut. l. 1. §. conventionis. vers. adeo autem. ff. de pact. l. 14. ff. de sponsal. Sed cum pupillaris ætatis tres gradus reperiantur, atque præter infantes, dentur pupilli infantia ac pubertati proximi, prout constat ex §. 10. Inst. de inutil. stip. l. 1. §. 2. ff. de admin. & peric. tut. l. 111. ff. de R. J. & l. 18. C. de jure delib. Timeus Faber Disput. 8. ad Instit. Imperial. th. 10. dicimus, quòd hi non aliter cum effectu emere & vendere possint, nisi adhibitâ tutoris auctoritate, quia in Contractibus, ex quibus mutua obligationes nascuntur, nisi interveniat tutoris auctoritas, alii pupillis, at nõ pupilli aliis obligantur. pr. Inst. de autor. tut. l. 7. §. 1. ff. de resc. ven-

vendit. l. 13. §. 29. ff. de A. E. l. 27. ff. de contr. emt. Mejer. in Colleg. Argent. h. t. th. 9. Perez. in Cod. h. t. num. 8. Quatenus autem obligentur, & qui præcisè infantia ac pubertati proximi, vide Harpr. ad pr. tit. de autor. tut. ac Hunnium lib. 1. Var. Resol. tr. 4. quest. 16. 17. & seq. Gæddæum tr. de contr. & comm. stipul. c. 7. num. 212. Knipschild. Exerc. 1. quest. 8. & seq.

§. 4. Prohibentur (3.) quædam personæ, VEL OB MALAM ADMINISTRATIONEM, UT PRODIGI IL- LI, QUIBUS A MAGISTRATU BONIS INTERDI- CTUM est. l. 6. de V. O. l. 10. ff. de curator. furios. l. 49. ff. de R. J. l. 26. ff. de contr. emt. Hæmon. Disput. 5. ad Pand. contr. 2.

(4.) VEL OB OFFICIUM ALIQUOD ET QUALITA- TEM ALIQVAM UT TUTOR CVM PVPILLO, quam- diu durat tutela. l. 34. §. ult. ff. de contrab. emt. l. 5. §. 2. ff. de autor. tut. nisi contutoris interveniat autoritas, & nisi palam-

contraxerit. d. l. 5. §. 2. & 4. ff. de aut. tut. l. 5. C. de contr. emt. ibiq. Sichard. num. 11. PATER ET FILIVS, nisi de bonis ca- strensibus vel quascastrensibus, ubi habetur patrisfamilias locô. l. 2. ff. ad Sctum Macedon. PRÆLATVS res Ecclesiæ alienans al- teri Prælato. cap. 1. & 6. ac tot. tit. extr. de reb. Eccles. non alien.

ADVOCATVS ET CLIENS durante lite. l. 6. §. 2. C. de postul. & Gl. ibid. cum cliens advocato suo, à quo emolumentum spe- rat, nil denegare præsumatur. gl. alleg. loc. Similiter prohibe- tur MEDICVS CVM ÆGROTO, durante morbo graviore, arg. l. 9. C. de profess. & med. l. 3. ff. de Var. & extraord. cognit. vide Fachin. lib. 2. Controvers. cap. 25. Treutl. Vol. 1. Disput. 28. th. 3.

lit. b. Harpr. in Comm. Inst. pr. h. t. num. 121. In quæstionem hîc venit, an & mutus ac surdus hunc contractum celebrare pos- sint? Et quoniam solô nutu fieri potest, uti supra dixi, hos ab eodem arcendos esse non existimo. l. 4. §. 1. ff. de pact. l. 48. 52. in fin. ff. de O. & A. Bocerus Class. 1. Disp. 4. th. 6. De reliquis per- sonis plura persequitur Mejerus in Colleg. Argent. quæ quidem recenserem, ni promissæ brevitatis fides ad reliqua progredi moneret.

Prohibentur
Prodigi, qui-
bus à Magi-
stratu bonis
interdictum
est.

Prohibetur
Tutor cum
pupillo.

Pater & Fi-
lius.

Prælati, qui
alteri Præla-
to res Eccle-
siæ alienat.

Advocatus
& Cliens.
Medicus &
ægrotus.

An mutus
& surdus?

CAP. III.

De Materiâ Emtionis - Venditionis.

§ 1.

MATERIA Emtionis Venditionis est duplex, à parte Venditoris RES, seu merx, quæ venditur. *l. 1. pr. §. 1. ff. de contr. emt. l. 1. pr. de rer. perm. & sine quâ nec emtio, nec venditio intelligi potest. l. 8. ff. de contr. emt.*

à parte Emtoris PRETIUM, sine quo nullam esse Emtionem patet *ex l. 2. §. 1. ff. de contrab. emt. pr. Inst. h. l. ult. C. d. t. Vid. Sich. in C. h. t. num. 5. & 6. Mejer. in Colleg. Argent. th. 18. tit. eod.* Nos primò rem seu mercem pertractandam suscipimus; hæc enim primò adesse debet, cum aliàs frustra celebraretur hic Contractus, si res vendenda in rerum natura non extaret. *l. 15. ff. h. t. l. 69. ff. de V. O. Moz. tr. de E. V. col. 3. num. 2.* Accipimus autem vocabulum REI latè, pro quacunque re venali, prout in *l. 1. pr. & §. 1. ff. de contr. emt. ac l. 1. pr. ff. de rer. permut. accipitur. Mejer. in Colleg. Arg. h. t. th. 23.* ac quatenus generali suo ambitu, non solum corpora, sed & jura comprehendit. *l. 1. in fin. ff. de reb. cred. ibique Godofr. l. 5. l. 23. ff. de V. S. Harpr. in Comm. pr. Inst. h. t. num. 17.* Hinc res emi-vendi potest quælibet, modò sit in commercio. *l. 34. §. 1. ff. de contr. emt.* sive sit CORPORALIS, sive INCORPORALIS, *l. 80. ff. d. t. ut NOMINA l. 1. C. de nov. & deleg. l. 3. C. de hered. vel act. vend. etiam ACTIONES. l. fin. C. eod.* modò ante litem contestatam vendantur. cum post litem contestatam eas in alium transferre interdictum. *l. 2. & tot. tit. C. de litigios. nec in potentiolem, in fraudem sc. & terrorem tertii alienentur. l. 2. C. ne lic. potent. Sichard. in Cod. de hered. vel act. vend.* De cessione autem actionum quid observandum, vid. *Zoes. in Cod. eod. tit. lit. c. Perez. in Cod. ad tit. mandati. num. 18.* & in praxi quid usu receptum sit, vide *Dn. Carpz.*

Materia Emtionis-venditionis quænam?

Quid hoc loco Res?

Vendi ac emi possunt

Nomina

Actiones

p. 2. 7. P. F. Const. 30. Def. 35. **Vendi quoque potest HEREDITAS**, tot. ti. ffor. & Cod. de hered. vel act. vend. modò defunctus sic is, de cuius hereditate agitur l. 1. l. 7. l. 8. ff. de her. vend. *VVe-semb. in Par. eod. tit. num. 2.* item **SERVITVS**, tam personalis, ut usufructus, l. 8. §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 67. ff. de usufr. (quatenus autem hoc procedat, vid. Harpr. pr. Inst. de usufructu num. 16. & seq.) quàm realis. l. 80. §. 1. ff. de contr. emt. ita ut venditò fundò, vel alià ratione alienatò sequantur. l. 66. 47. ff. d. t. l. 3 C. de Servitut. l. 17. §. 3. ff. de S. P. U. Mejer. in Colleg. Argent. de Servitut. num. 26.

§. 2. Porrò emi & vendi possunt res tam mobiles, l. 66. ff. de V. S. l. 35. §. 5. h. t. quàm immobiles, ut fundus & c. l. 40. §. 2. ff. d. t. tam **RES NOSTRÆ**, quas quidem non absolutè. l. 16. ff. de contr. emt. l. 4. C. eod. sub conditione tamen emere possumus. l. 61. ff. d. t. l. 31. ff. de U. O. Hænon. Disp. 5. ad Pand. th. 3. lit. B. quàm alienæ. l. 28. ff. de contr. emt. l. 11. §. 8. de A. E. quia sufficit venditorem pro evictione teneri. d. l. 11. §. 2. d. t. l. 27. C. de Evict. hòc ipso tamen nihil juris invito Domino aufertur. l. 6. C. de reb. al. non al. l. 3. C. de R. V. Bocerns Class. 1. Disp. 4. th. 12. *VVe-semb. in Par. h. t. n. 7. Mozz. tr. de E. V. cap. de reb. quæ emi & vend. poss. num. 10.*

§. 3. Venduntur quoque res tam **PRÆSENTES**, quàm **FVTVRÆ**; ut fructus & partus futuri. l. 8. in pr. l. 78. §. ult. l. 80. §. 2. ff. de contr. emt. quin imò **SPES**, & quasi alea instar rei cuiusdam emi-vendi potest, veluti cum captus piscium, vel avium, vel missilium emitur. d. l. 8. §. 1. ff. h. t. l. 12. pr. ff. de A. E. l. 7. 11. ff. de hered. vel act. vend. sed plurimum refert, rei futuræ, an spei sit emtio, quæ nullo modo confundendæ sunt. Spei enim emtio præsens & pura est, ac valet, licet nulla res sequatur. l. 8. §. 1. ff. h. t. imò nec pisciculus extrahatur, ut loquitur *Bacchov. in not. ad VVe-sembec. de contrah. emt. seu h. t. num. 7.* Rei futuræ autem emtio semper conditionalis est, cit. l. 8. in pr. ibi jam tunc. & c. ff. d. t. fac. l. 1. §. 3. ff. de condit. & demonstr. intelligitur enim facta sub conditione, si nascantur fructus, unde nullis natis pretium non de-

Hereditas

Servitus

Fructus

Spes

Rei futuræ
& spei emtio
quomodo
differat?

debetur, sed emptio nulla est, arg. l. 8. in pr. vers. quod si sub conditione. ff. de peric. & commod. rei vend. Franzk. in Comm. de contrab. emt. num. 117. Datum verò pretium restitui debet, prout statuit Bocerus D. sp. XI. ad 3. part. ff. de reb. 19. & 20. Harpr. in Comm. ad §. ult. Inst. h. t. num. 21. Bacchov. ad Wesenb. supra cit. loc.

Quænam
Res venire
non possunt?

§. 4. Rebus igitur, quæ vendi possunt, expositis, ordo nos deducit ad illas RES, quæ ita comparatæ sunt, ut VENIRE NON POSSINT, quales sunt tum quæ existunt, sed commercio sunt exemptæ ut sunt, RES SACRÆ, RELIGIOSÆ, LIBER HOMO, RES PUBLICÆ, &c. harum enim emptio non valet; si sciat emptor esse tales. l. 6. l. 22. 22. l. 34. §. 2. l. 51. ff. h. t. valet verò, si emptor ignoraverit. l. 4. l. 6. l. 62. §. 1. l. 70. ff. h. t. §. fin. Inst. hic, ibiq; Harpr. in Comm. n. 2. & seqq. De rebus autem Ecclesiasticis, an, & quibus solennitatibus possint vendi, Vid. Schneidevv. ad §. Sacra. Instit. de R. D. & Klock. relat. Cam. 11. num. 64. 65. 66. & seq. tum quæ non existunt, nec futuræ sperantur, licet antea fuerint, ut homo ante venditionem mortuus, navis submersa, ubi venditio ita nulla, l. 15. ff. h. t. ut nec æstimatio debeat, nec pœna. l. 69. de V. O. item domus combusta, ubi itidem venditio vana est, ac nulla, si scilicet uterque scivit. l. 57. §. ult. ff. h. t. Vid. Mejer. in Colleg. Argent. h. t. th. 71. Franzk. in Comm. hic num. 107. Tum quæ ratione ipsius rei, cui aliqua certa qualitas inhæret, propter quam, ne vendantur, æquum est, specialiter lege prohibitæ sunt, ut RES FURTIVÆ. l. 34. §. 3. ff. h. t. de quibus itidem accurate Franzk. cit. loc. num. 142. RES LITIGIOSÆ. l. 1. pr. & tot. tit. ff. de litigios. l. 2. l. fin. C. d. t. ibiq; in Paratitl. Cuiac. VENENVM MALVM, quod nempe nullo modo adjectione alterius materiæ usu nobis esse potest. l. 35. §. 2. ff. de contrab. emt. de illo verò, quod cum aliis rebus commixtum ad conficienda salubria medicamenta adhibetur; aliud dicendum. d. l. 35. §. 2. ff. d. t. l. 236. ff. de V. S. ibiq; Gœddæus. Hinc non indifferenter licita ac concessa est venenorum venditio, sed ita restricta, ut à Pharmacopolis, (qui juramento de non temerè vendendo adstringendi) indiscriminatim ac sine præscitu magistratus fieri non debeat, juxta Ordin. Carol. Crimin. artic.

Venire non
possunt

Res furtivæ

Litigiosæ

Venenum
malum.

artic. 37. §. fin. Es sollen / auch alle Obrigkeit an jedem Orte die Apotheker / und andere / so Gift verkauffen / oder damit handhieren / in Gelöb und End nehmen / daß sie niemand etnig Gift verkauffen / ohne Anzeigung / Vorwissen und Erlaubung derselben Obrigkeit / referente *Domino Carpz. p. 1. qv. 20. num. 7. Prax. Criminal.* Tum denique res illæ, quæ ratione certarum personarum lege specialiter prohibita sunt, ut RES DOTALES immobiles *Res Dotales.* MARITO, pr. *Inst. quib. alien lic. vel non. ibiq. Schneidevv. Aynsig. VVesemb. Harpr. tot. tit. ff. de fund. dot. l. un. §. & cum. 15. C. de rei. uxor. act. nisi dos æstimatò data sit. l. 11. ff. de fundo tot. tunc enim maritus statim dominium accipit, omne periculum exspectat, commodum sentit, ac dispendium subit rerum æstimatarũ. d. l. un. §. 9. & 15. C. de R. U. A. & per consequens eas vendere potest. Frantz. in Comm. ff. de contr. emt. num. 165. ac tr. de laudemis, cap. 22. num. 26. & seq.* De Jure verò Saxon. ac in foro nostro quid obtineat, vide *Berlich. p. 3. concl. 9. Nov. Elect. Ang. p. 2. Const. 15. ibique latè Daniel. Möller. ac Dn. Carpz. RES FEUDALES sine Domini consensu prohibita VASALLO. lib. 2. Feud. tit. 34. vers. similiter. tit. 55. vers. ut nulli liceat, ne sc. vasalli omnibus facultatibus exhausti, servitia Dominorum suorum subterfugere possint Mejer. in Colleg. Argent. h. t. th. 94. vide pluribus Rosenthal. in Synopsi Feud. cap. 9. conclus. 2. & seqq. nec non Schonerum lib. 1. Disput. Feud. th. 61. p. m. 267. nec licet Emphyteutæ EMPHYTEVSIN inconsulto Domino vendere, l. 3. C. de jure emphyt. aliàs jure suo cadit, l. 3. §. fin. C. de Ita sentit Zæf. in C. de jure emphyteut. quest. 15. Dominus Hahn ad VVesemb. tit. si ager vectigalis, id est, emphyt. pet. num. 3. In foro autem Saxónico circa privationem emphyteuse os ob fundi alienationem irrequisito Domino factam, quid notandum, tradit Dn. Carpz. p. 2. §. P. F. Const. 38. def. 13.*

§. 5. Habemus nunc materiam ex parte venditoris pertractatam, de quâ quoniam satis dictum putamus, non incommodum videtur non præterire materiam ex parte emtoris PRETIUM sc. sine quo nullam esse emtionem - venditionem ex multis textibus juris, præcipuè ex pr. & §. 1. *Instit. h. t. l. 2. §. 1. l.*

C

34.

Pretium quid? 36. l. 72. pr. ff. de contr. em. l. fin. C. eod. probari potest. Pretium, autem, quasi peritium dictum, quod à solis peritis statuatur, nil aliud est, quam materia formâ publicâ perquussa, emtionis si-
ve æstimationis causâ constituta. l. 1. ff. h. t. Harpr. ad §. 1. Inst. h. n.

Debet i. esse certum. 1. Debet autem pretium (i.) esse CERTVM, alioquin imperfe-
ctum censetur negotium, aut certè non in emtionis Contractû
cadit. l. 35. §. 1. h. t. l. 9. C. eod. certum autem existimatur, cujus
quantitas non solum certo nomine expressa est, veluti: vendo
tibi fundum hunc florenis ducentis; sed etiam, si aliqvâ idoneâ
relatione, quæ vice nominis fungitur, fuerit declarata. l. 6. ff. de
reb. cred. l. 34. ff. de condit. & demonstrat. unde valere hanc em-
tionem: sit tibi venditus fundus pro eo pretio, quantum pretii
in arcâ habeo, vel quantum eum emisti, affirmamus per l. 7. §. 1.
ff. de contrah. emt. vid. Ar. Pinell. ad rubr. C. de rescind. vend. p.
2. num. 3. Bocerus ad 3. part. ff. disp. XI. th. 51. Licet enim igno-
retur, quanti fundus sit emtus, tamen exinde non sequitur, pre-
tium in rei veritate incertum esse, cum non omne, quod igno-
retur, incertum sit, d. l. 7. §. 1. ff. h. t. & §. 6. Inst. de V. O. Mejer.
in Colleg. Argent. h. t. th. 20. Vid. pluribus de hâc materiâ Fachin. lib.
2. Controv. cap. 1. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 28. th. 6. lit. d. Va-
let quoque Emtio-Venditio, si in arbitrium alicujus tertii (non
verò unius è contrahentibus. l. 35. §. 1. ff. de contr. emt.) fuerit
collatum, atque ab eo definitum, aliàs enim nihil actum erit. §. 1.
Inst. h. t. l. ult. C. eod. l. 25. in pr. ff. locati. Sed quid si iniquum
fuerit arbitrium? Et tunc ad æquitatem reducendum esse pro-
bat l. 76. & seqq. ff. pro socio. l. 30. ff. de oper. libert. Franzk. in Comm.
h. t. num. 261. Dn Ludov. Disp. 13. th. 2. lit. e..

**De emtione-
venditione
imaginaria.**

**An emtio
subsistat si
fiat dona-
tionis gra-
tia?**

§. 6. Cum igitur pretium certum esse debeat, consequens
erit, emtionem ac venditionem simulatam siue imaginariam,
non valere; l. 55. ff. h. t. l. 54. ff. de O. & A. Bocer. ad 3. p. Pand.
Disp. XI. th. 8. ac proinde donationis gratiâ si fuerit pretium,
totum positum, exigi nequit, nec emtio subsistit. l. 36. 38.
ff. de contr. emt. l. 3. 8. C. eod. quamvis ipse Contractus jure
donationis valeat, l. 39. C. d. t. Vid. Colleg. Argent. h. t. th. 19.
Knipschild. Exerc. 8. quest. 6. Zæl. in C. h. t. Pari modo frustra
nea

nea est Emtio-Venditio facta uno nummo. *l. 46. ff. locati. unus* Item si fiat
 namque nummus pretio opponitur, *l. 10. ff. de acquir. vel amitt.* no. nummo
poss. Duarenus ad d. l. 10. aliud autem dicendum, si res tanti so-
lummodò valeat, tunc enim rectè hòc modò emitur. Bartolus
ad l. 10. ff. de acquir. vel amitt. possess. Fabianus de Monte tr. de Emt.
quest. 5. num. 21. Vide pluribus Bacchov. ad Treutl. Vol. 1. Disput.
28. th. ult. lit. b. Mejer. in Colleg. Argent. h. t. th. 19. ubi ad l. 66. ff. de
jure dot. respondent. Hænon, Disp. 16. th. 14. Arum. Exerc. Justin.
14. th. 1.

§. 7. Adeo autem necessaria est hòc in contractu pretii
 certitudo ac determinatio, ut si contrahentes in merce ac pre-
 tio dissentiant, emtio imperfecta sit, *l. 9. in pr. ff. de contr. emt.*
confer. Bocer. Disp. XI. ad 3. p. ffor. th. 6. Dissentiunt autem in
 pretio, si in quantitate ejus non conveniunt, *arg. l. 9. C. h. t.*
 quod si minus emtor, majus venditor putavit, impeditur Con-
 tractus, non, si contrà, uti notat *Accurs. in l. 9. ff. de contrah.*
emt. quoniam qui consentit in majus consentit quoque in minus,
Arnold. Corvin. ad ff. h. t. non tamen indistinctè error hunc Quatenus
 Contractum vitiat, sed tum demum, si contingat vel circa cor- error contra-
 pus ac totum suppositum, ut si putem me emere Cornelianū, ctum hunc
 tu autem vendas Sejanum fundum, & tunc non est dubium, quin vitiat.
 Contractus nullus reddatur. *l. 9. ff. h. t. l. 4. ff. de legat. 1. idem*
 Juris obtinet, si in sexu fuit erratum. *l. 11. §. 1. ff. de contr. emt.* Iti-
 dem non valet Emtio-Venditio si in materiâ ex quâ corpus in to-
 tum erretur, ex. gr. si æs venditum sit pro auro. *l. 9. §. 2. h. t. 14. ff.*
eod. Nulla enim hic proportio est inter rem & pretium, unde su-
 mitur responsio ad *l. 22. de V. O.* quoniam in stipulatione nulla
 ejusmodi proportione est opus, cum stipulatio mutuū ουράμα-
 γνα non contineat. *Vid. Bachov. ad Treutl. Disp. 28. th. 7. lit. E.*
Franzk. in h. t. num. 48. Nec error tolerandus est, si factus fue-
 rit circa personam, tunc enim nulla est emtio *l. 2. pr. de Judic. l. 9.*
in pr. de hered. inst. l. 4. C. eod. quod & affirmandum de errore, qui
 est circa causam Contractus, ut si alter putat rem transferri do-
 nationis, alter venditionis titulo. *l. 55. ff. de O. & A. l. 18. ff. de reb.*
 C 2 cred.

Quatenus
error contra-
ctum hunc
non vitiat.

cred. l. 1. § 3. ff. de pactis, ita ut nec dominium traditione licet in-
secuta transeat. *d. l. 18. de reb. cred.* Nec obstat *l. 36. ff. de acquir. R.*
D. ubi contrarium adstrui videtur, Verum respondetur cum Za-
sio, quem refert *Franzk. in Comm. h. t. num. 80.* legem illam intelli-
gendam esse de eo casu, ubi tradens jampridem alteri ex aliâ
causâ obligatus erat, tunc enim si debitor donandi gratia pecu-
niam tradat, alter verò tanquam debitam accipiat, dominium
utiqve transit, quia alia justa causa transferendi dominii adfuit;
in nostro autem casu præsupponimus non adfuisse aliam obli-
gationis causam. *Vid. & Pac. 3. ΕΥΡΥΠΟΦ. 67.* Cæterum error
nominis non vitiat Contractum hunc. *l. 9. §. 1. ff. h. t. l. 34. pr. ff. de*
acquir. vel amitt. poss. nec error qui est circa rei accessoria. *l. 34.*
in pr. ff. de contr. emt. valet etiam emtio, si quis virginem emere
existimet, cum jam esset mulier. *l. 11. §. 2. ff. h. t.* Item si aurum
impurius pro puro datur. *l. 10. h. t.* quin inò si inauratum pro au-
ro. *l. 14. h. t.* Quòd si igitur tali modo fuit erratum, venditor te-
netur quanti interest emptoris, se non esse deceptum, etiam si
vendedor nesciat, veluti si mensas quasi citreas emat, quæ tales
non sunt. *l. 21. §. 2. ff. de act. emt. l. 62. ff. de contrah. emt.* *Vid. Bo-*
cer. ad 3. part. ff. disp. 11. Harpr. in Comm. pr. h. t. num. 20. Valet et-
iam venditio, si vinum, quod acuit, pro vero vino vendatur. *l. 9.*
§. ult. ff. h. t. Hahn ad VVesenb. h. t. n. 6. sibi enim imputet emtor,
quod vinum ejusmodi non degustavit, aut malè degustando
probavit. *l. 15. de peric. & comm. rei vend.*

Debet (2.)
Pretium esse
justum.

§. 8. Debet (2.) pretium esse JUSTVM. *Franzk. in Comm.*
ad tit. ff. de contr. emt. num. 224. Justum autem hic intelligitur,
non quòd accuratissima & exactissima inter rem & pretium pro-
portio intercedere debeat, sed secundum naturam humanam,
civiliter & *εὐμετρώς* ita, ut Contractus nihilominus subsistat, et si
aliquando res carius vel vilius ematur, quam reverà valet, hic
etenim omnium est animus, ut vili emant, carè vendant. Hinc
emtor vilius comparandi, venditor carius distrahendi semper
votum gerit. *l. si voluntate. 8. C. de resc. vend.* Nec injustè, cum
circumvenire se naturaliter contrahentibus non prohibitum. *l. 16.*
§. 4.

§. 4. ff. de minor. l. 22. §. fin. ff. locati. Arum. Exerc. 14. thes. 5. ac
 lucrum ob laborem, industriam, periculum, ob temporum di-
 versitatem, ex quibus pretia justa variantur, propter rerum
 abundantiam, aut penuriam, multitudinem ac raritatem emto-
 rum justè percipere liceat: quâ licentiâ sublata quis commer-
 cia exerceret? quis Contractus iniret? Enimverò circumven-
 tio illa hîc intelligi debet, quæ citra grandem jacturam, ac immo-
 dicam deceptionem contingit, hinc si fuerit enormis læsio, qualis
 est, si quis ultra dimidium justî pretii decipitur, æquissimâ ratione
 introductum beneficium l. 2. C. de rescind. vend. quò mediante
 ejusmodi Contractus rescinduntur, de quibus infra Caput
 ult. §. 2.

§. 9. Debet (3.) pretium in numeratâ pecuniâ consistere, (3.) Debet
 non in corporibus aut speciebus, sc. in togâ, fundo &c. ut pu- pretium esse
 tabant Sabinus & Cassius §. item pretium 2. Inst. h. t. l. 1. §. 1. ff. h. t. nummarius
 l. 5. §. 2. ff. de præscr. verb. Et quoniam pecunia numerata di-
 citur substantia emtionis. l. 3. C. de contr. emt. prout declarat Pe-
 rez. ad illum tit. num. 14. §. 15. in tantum nummi requiruntur, ut
 nec volente utraqve partè emtio sine ius contrahatur. arg. l. 28.
 pr. ff. de pact. l. 27 ff. de R. J. l. 55. ff. de leg. 1. sed emtio nulla fit
 l. 6. ff. de præscr. verb. Bocer. class. 1. disp. IV. th. 54. Quòd si tamen
 ab initio quis alteri certâ pecuniâ quippiam vendat, & postmo-
 dum perfectâ emtione, locò pecuniæ, aliud, e. g. frumentum,
 aut pecora sumat, id ipsum facere non prohibetur. l. 9. C. de resc.
 vend. l. 17. C. de solut. Emtionis enim & venditionis principium
 maximè spectandum l. 9. C. h. t. l. 8. pr. ff. mandati. l. 12. in f.
 ff. ad Sc. Macedo. Vide Hann. in Resol. Trentl. hic quest. 40. Fo-
 mann. Disput. 22. th. 8. l. it. C. Harpr. ad §. 2. Inst. h. t. n. 5.

§. 10. Patet igitur, quàm necessaria ad contractum hunc
 sit PECUNIA. Ne autem originem ejus intactam relinqvamus,
 sciendum est, antiquis temporibus nullam ferè fuisse emtionem
 ac venditionem, sed meram permutationem, à quâ & ipsa emtio
 cœpit, l. 1. ff. de contr. emt. Verùm, quia nec semper, nec facile
 concurrebat, ut tu haberes, quod ego desiderarem, nec reimo-
 tio.

Origo pecu-
 niæ.

Origo em-
 tionis-ven-
 ditionis.

tiores semper importarent illa, quibus indigebant alii, ideò indigentiaè supplendæ causâ electa est materia, cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatibus subveniret, *Paulus l. 1. h. t. VVesemb. in Pap. h. n. 3. ibiq; Bach. ac Dn. Hahn.* Plura de nummo atqve re monetariâ tradunt *Hottom. tr. de re numm. Dinnerus in Disp. de monet. Hansman, de re monet. Bocer. cl. 1. Disp. 4. in Corollar.*

CAP. IV.

De Formâ Emtionis - Venditionis.

§ 1.

Substantiam hujus Contractus consistere in re, pretio, ac consensu, supra *cap. 1. §. 6.* exposuimus, quæ tria rectè vocantur Substantialia emtionis & venditionis, quoniam necessariò requiruntur. *l. 2. l. 9. ff. de contr. emt. l. 8. C. eod. & quidem ita, ut si vel unum ex iis omittatur, contractus perfectus non sit, sed emtio nulla, monente Fabian. de Monte tr. de E. V. quest. 1. n. 4. & Godofr. ad l. 9. ff. h. t. Vid. gl. in l. 72. pr. verb. ex pretio. ff. d. t. Schneidevv. ad §. 1. h. t. n. 1. Schrader. de Emt. n. 182.* Et quoniam in præcedent. cap. de hisce tribus satis diximus, methodi susceptæ ratio postulat, ut & hõc in cap. Formâ Emtionis-Venditionis quædam tenus investigem. FORMA autem hujus Contractus est duplex; vel ESSENTIALIS vel ACCIDENTALIS. Hæc à conventionione partium dependet & est in Scriptura, *Bachov. in not. ad VVesemb. h. t. num. 4. lit. f.* de quâ copiosius supra *cap. 1. §. 7.* Illa est in simplici consensu circa rem & pretium, quando sc. contrahentes consentiunt in pretium, pro merce à venditore ad emtorem transeunte dandum & recipiendum prout tradit *Mejer. in Coll. Arg. h. t. th. 24.*

Forma Accidental.

Forma Essentialis.

Quomodo perficitur emtio-venditio?

§. 2. Perficitur itaqve Emtio-Venditio solâ pretii ac mercis conventionione, non numeratione. *l. 2. §. 1. ff. de contr. emt. hujusque*

jusque ratio est, quia hic Contractus fit solò consensu propter libertatem utilitatemque commerciorum, ac maximè ob necessitatem usitatissimi hujus Contractûs. *Harpr. in Comm. Inst. in pr. num. 78.* Quamvis igitur nec restradita, nec pretium solum fuerit, nihilominus determinatione mercis ac pretii factâ, perfectus est, quoniam datio pretii ac rei traditio non perficiunt, sed implent hunc Contractum. *Arnold. Corvinus ad tit. ff. de h. Differre autem Contractûs implementum ab ejusdem perfectione, tradit Cujac. lib. 23. Obs. 15. Dn. Ludov. Disp. 13. th. 3. lit. b.*

§. 3. Expositâ sic Formâ Emtionis Venditionis, manifestò liquet (1.) quomodo differat hic Contractus à mutuo, quod non nudâ conventionem constituitur, sed insuper rei dationem ac numerationem desiderat. *l. 2. §. 3. & 4. l. 9. §. 4. ff. de reb. cred. Harpr. in Comm. pr. tit. quib. mod. re contr. Obl. n. 2. & seqq. (2.) Quomodo differat à permutatione. Aliud enim in hõc contractu merx, aliud pretium, quod in permutatione discerni nequit. *l. 1. §. 1. ff. de contr. emt. §. 2. 7. h. l. 1. pr. de rer. permut. Mejer, in Colleg. Arg. th. 24.**

Quomodo
differt em-
tio - venditio
à mutuo?

Quomodo à
permutatio-
ne?

CAP. V.

De Fine Emtionis-Venditionis.

§. 1.

Cum in quâlibet re præcipuè FINIS inspiciendus sit, à quo non solum res denominatur, sed etiam qualis censenda sit, declaratur, arg. *l. si ita stipulatus essem. 14. & l. 124. ff. de U. O. prout declarat Nicol. Everh. in Loc. Legal. Loc. à virtute finis n. 2. & 3. Job. Borcholt. part. 2. Disp. de contr. emt. sub propos. 6. nec hõc locò sicò pede prætereundus est. De quo sic sentimus, quod sc. in genere consideratus sit publica utilitas, quæ postulavit, ut necessaria res inter homines facilius commutentur,*

Finis hujus
contractus in
genere confi-
deratus qui-
nam?

Item in specie consideratus?

Respectu venditoris?

Respectu emtoris?

Differentia quæ intercedit inter Locationem & conductionem ac emtionem venditionem.

tur, & sic perpetuâ pecuniæ æstimatione difficultatibus permutationu nisi veniatur, prout eleganter ostendit *Paulus in l. 1. ff. h. t. Wesemb in Par. h. n. 11. Knippschild. Exerc. 8. th. 21.* In specie vero consideratus, & quidem respectu venditoris est pecuniæ numeratæ consequatio. Venditor quippe eò animò res suas, quibus fortè non indiget, vendit, ut pecuniam numeratam consequatus, res alienas sibi magis necessarias comparet, atq; sic rei familiari, ob quam sapissimè res suas distrahere compellitur, consulat; respectu emtoris verò, ut rem emtam sibi habere liceat, præstare enim hoc illi debet venditor. *l. 30. §. 1. ff. de A. E. huc pertinet, quòd hòc in Contractu semper intendatur transferri dominium arg. l. 80. §. ult. ff. de contr. emt. quamvis eventus sæpe numero alius sit, atqve effectus continuò haud sequatur. l. 11. §. 2. ff. de A. E. Hottom. ad Pand. tit. de contrah. emt. Dn. Hahn. ad Wesemb. h. n. 1.* Atqve exinde facilè colligitur differentia, quæ inter emtionem ac locationem & conductionem intercedit. Licet enim locatio iisdem fermè regulis juris consistat cum emtione, tamen differunt; in emtione enim transit possessio; & si venditor est Dominus, etiam dominium; si non est dominus, potestas habendi, *l. 1. ff. de rer. permut. l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. ff. de A. E. aut conditio usu capiendi. l. 2. in pr. §. tot. tit. ff. pro emtore: in locatione vetò tantum usus transit ad conductorem, non verò possessio, & multò minùs dominium. l. 65. ff. de contr. emt. l. 33. §. 1. in fin. ff. de usurp. §. usu cap. Vide plura de hac materiâ apud Harpr. ad pr. tit. Instit. de E. V. n. 74. & eundem ad §. 2. Inst. de loc. & cond. n. 7. & 8.*

CAP. VI.

De Effectibus Emtionis-Venditionis.

§. 1.

PRÆCIPUUS Emtionis-Venditionis perfectæ EFFECTUS EST, OBLIGATIO BILATERA, seu MUTUA, quâ scilicet emtor venditori, & vicissim venditor emtori obstrictus est.

Emtor

Emtor enim nummos venditoris facere, h. e. dominium pretii in eum transferre cogitur per text. express. l. 11. §. 2. ff. de A. E. l. 1. in pr. ff. de rer. permut. Venditor verò rem tradere, ejusq. dominium, si ipse est dominus, transferre debet. l. 11. §. 2. ff. de A. E. quâ de re & suprâ cap. 1. §. 6. diximus. Quod igitur hâc conditione dominium à venditore in emtorem transferendum sit, per expressa verba adductæ l. 11. §. 2. d. t. luculenter apparet. Sed quomodo ac quando dominium in emtorem transeat, non immeritò hîc exprimendum. Sciendum autem, quòd dominium etiam, perfecta si fuerit emtio, ante rei emtæ traditionem in emtorem non transeat, sed venditor dominus manet. §. 3. Instit. h. t. l. 11. C. de act. emt. l. 40. ff. eod. l. 6. C. de heredit. vel act. vend. l. 14. in pr. l. 80. ff. de furt. Knippschild. Ex. 8. Quæst. 10. Cæterum vehemens inter Dd. pugna est: utrum ad dominii translationem necesse habeat venditor vacuum omninò & liberam possessionem rei venditæ præstare emtori? Quod affirmamus per l. 2. §. 3. ff. de A. E. l. 68. §. fin. ff. de contr. emt. l. 18. §. 2. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. 12. C. de probat. Vid. Wesenb. in Par. n. 13. ibiq. Bacchov. ac Dn. Hahn. Harpr. in Comm. ad §. 40. n. 21. Inst. de R. D. ac §. ult. Inst. h. t. n. 309. Bronchorst. Cent. 3. ass. 81. Dissent. præprimis Donell. lib. 4. Comment. cap. 19. cui satisfacit Pauermeist. lib. 1. de Jurisd. Rom. Imp. cap. 22. Dissentit quoque Hænon. disp. 16. th. 3. de quorum argumentis in ipso conflictu videbimus. Atque hæc fuit obligatio respectu venditoris. De Emtores verò notandum, quòd res venditæ illi non aliter acquirantur, nisi pretium solutum, vel aliò modò satisfactum, aut si des de pretio habita fuerit. §. vendita 41. Inst. de R. D. l. 19. l. 53. ff. de contr. emt. l. 15. C. de R. V. Gail. 2. Obs. 15. n. 4. cum hæc soleat esse mens contrahentium, ut pro merce statim pretium accipiant; nemo quippe suum jactare creditur. l. 25. in pr. ff. de probat. Hinc venditor, si pretiò nondum solutò, rem nondum tradidit, quasi pignus retinere potest, donec emtor pretium totum offerat. l. 13. §. 8. ff. de A. E. l. 22. ff. de hered. vel act. vend. Mejer. in Colleg. Arg. h. t. th. 46.

Quid præstare debet Em-
tor?

Quid Ven-
ditor?

Quomodo
dominium in
Emtorem
transit?

An Venditor
debet præ-
stare Emtori
vacuum pos-
sessionem?

Quid porro
de Emtores
notandum?

D

§. 2.

Quatenus
Venditor e-
victionem
præstare te-
netur.

§. 2. Venditor quoque emtori præstare tenetur pericu-
lum EVICTIONIS. l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. ff. de A. E. l. 1. in pr. ff. de
Rer. permut. l. 13. §. 3. ff. de iurejur. etiamsi nil expressè emtor
de Evictione promiserit, l. 66. pr. ff. de contr. emt. l. 60. ff. de evict.
Solet nihilominus emtor in casum evictionis stipulatione duplæ
vel simplæ sibi providere. l. 56. in pr. & passim. ff. de evict. Bocer.
ad 3. part. ff. Dis. XI. th. 122. Zæsi. in Comm. ff. ad tit. de Evict.
n. 2. Enimverò ut venditor de evictione teneatur, necesse est, ut
ipsi etiam emtor maturè denunciât, sibi rei venditæ nomine
controversiam fieri, simulq; petat, ut venditor ad defenden-
dum veniat. l. 29. §. ult. l. 74. §. 2. ff. de Evict. l. 8. & passim. C. eod.
Harpr. in Comm. Inst. ad pr. tit. de E. V. Dn. Carpzov. lib. 5. Resp.
43. n. 2. &c. De evictionis autem materiâ vid. plura apud Caball.
tr. de Evict. ac Franzk. in Comm. ff. tit. de Eviction.

Debet quo-
que Venditor
re nondum
traditâ dolû
& culpam
præstare.
Emtor v. re-
gulariter pe-
riculum su-
stinere.

§. 3. Obligatio Venditoris porrò in eò consistit, ut re nondum
traditâ dolû & culpam præstet. §. 3. Inst. h. t. l. 5. §. 2. ff. comm. 35. §. 4.
ff. de contr. emt. non verò casum sustineat. Hinc omne pericu-
lum & commodum regulariter ad emtorem pertinet, etiamsi
res non fuerit tradita. §. 3. Inst. h. t. l. 7. pr. l. 8. l. 11. l. 16. ff. de peric.
& commod. rei vend. l. 1. l. 2. & tot. tit. Cod. eod. l. 35. §. 4. ff. de
contr. emt. &c. Atque hæc sententia verissima est, quamvis à
Cujacio tract. 8. ad African. ad l. si fundus. 33. ff. locat. impugne-
tur. Adversus quem maximè stringit hæc solidissima ratio,
quæ ex supra dictis facilè colligitur: quod qui præstat tantum
custodiam & dolum ac culpam, non potest teneri de periculo &
interitu rei naturali, uti constat ex l. 23. ff. de R. J. atquin vendi-
tor perfecto Contractu tantum obligatur ad custodiam, & in
eâ præstat dolum & culpam, l. 2. §. 1. cum seqq. ff. de peric. &
comm. l. 5. §. 2. ff. commod. Ergo &c. Bach. ad Trentl. Vol. 1. Disp.
28. th. 8. lit. c. & d. Diximus autem notanter: regulariter
periculum ad Emtorem pertinere. Nonnullis enim in casibus
etiam perfectâ emtione periculum ad venditorem spectat, puta
si id actum expressè arg. l. 23. vers. sed hæc ita. ff. de R. J. l. 5. §. 2.
vers. aut si ab initio convenit, ff. commodat. si venditor in morâ l. 17.
ff. d.

ff. d. t. aut dolo vel culpa fuerit. §. 3. Inst. h. si genus venditum. l. 14. §. 1. item in rebus, quæ numero, pondere, aut mensurâ constant, antequam admetiantur, vel adpendantur, periculum venditoris est l. 35. §. 5. 7. ff. de contr. emt. l. 2. C. de peric. & comm. rei vend. ibiq. Godofr. Plura, quæ de hâc materiâ sciri digna sunt, vide apud Anton. Fab. lib. 2. coniect. cap. 4. Henric. a. Suerin. lib. repetit. l. 1. c. 33. Del Rio in l. 23. cap. 9. ff. d. R. 7. Decius Confil. 179. & 500. Pacius cent. 5. è arithmet. quest. 8. Berens. disp. XI. them. 1. quest. 2. Bacchov. ad Trentl. supra cit. loc. Hænon. Disp. 16. th. 16. Hunn. lib. 3. V. R. I. tr. 7. q. 7. Mejer. in Colleg. Argent. tit. de peric. & com. rei vend. & ad eundem tit. in Comm. Franzk. ubi & de periculo quod circa venditionem vini obtingit, accuratè differit.

Referuntur casus, in quibus ad emtionem periculum rei venditæ non spectat.

§. 4. Effectus quoque non minimus est ACTIO, quæ hinc inde ex Contractu hinc oritur. Est autem vel Civilis, de quâ hinc, vel Prætoria, de quâ infra. §. 7. Civilis vel est actio emti vel Venditi. ACTIO EMTI est, quâ agit Emptor, ejusque heres, adversus venditorem ejusque heredem, ad ea consequenda, quæ ei à venditore præstare oportet. l. 11. in pr. & §. 1. l. 10. l. 47. & passim. ff. & C. de A. E. quæ igitur à venditore præstanda sunt, satis constant ex §. 1. cap. hujus. Non intempestivè autem hinc agitur quæstio; an venditor, qui potestatem rei tradendæ habet, præcisè tradere eam teneatur, an verò præstando interesse liberetur? Ad hanc quæstionem respond. omninò rem ipsam venditorem tradere debere, nec præstando interesse liberari per l. 11. §. 2. ff. de A. E. §. 1. Inst. de E. V. facit huc §. 2. vers. & ad exemplum. Inst. de donat. ubi dicitur ad exemplum venditionis incumbere donatori traditionis necessitatem. Adeò autem traditio rei venditæ necessaria est, ut contumaci etiam manu militari res auferri possit. l. 68. ff. de R. V. Nec obstat l. 1. ff. de A. E. l. 4. C. eod. l. si jam. §. 12. ff. d. t. de quibus vid. Dn. Hahn ad Vesemb. de A. E. num. 3. Plura de hâc quæstione persequuntur Duarenus ad tit. Cod. de contr. emt. Morla in Empor. Jur. p. 1. tit. 9. quest. 7. Bocerus ad 3. p. ff. disp. XI. th. 48. Latè Harpr. in Comm. pr. Inst. h. t. num. 33. &

Actio emti quid?

An Venditor præcisè rem tradere teneatur, an præstando interesse liberetur?

D. 2

seqq.



*Seqq. Ungepauer Exerc. Just. 12. quest. 4. &c. Dissentiunt præp-
mis Bacchov. ad Treuti. Vol. 1. D. 28. th. 2. lit. C. quanquam
aliter sentiat in notis ad VVesemb. tit. de act. emt. n. 4. Fachin. lib. 2.
Controv. c. 30. Hanoedoesius Ex. Imp. 17. quest. 10.*

Actio vendi-
ti quid?

§. 5. ACTIO VENDITI, (quæ & actio pretii dicitur. l. 8.
9. C. de contr. emt.) est, quæ agit venditor ejusque heres, adversus
emtorem, ejusque heredem, ad id consequendum, quod ei ab
emtore præstandum venit. l. 13. §. 19. & seqq. ff. de act. emt. l. 1. C.
eod. l. 49. ff. de O. & A. Præstandum igitur est pretium, quanti res
venit. d. l. 13. §. 20. ff. de A. E. l. 6. C. eod. Præstandæ etiam sunt
usuræ pretii post diem traditionis, nam cum re emtor fruatur, æ-
quissimum est, eum usuras pretii pendere. d. l. 13. §. 20. ff. de A. E.
l. 5. C. eod. l. 18. in fin. ff. de usur. Harpr. in Comm. Inst. §. ult. h. t. n.
325. Knipschild. Ex. 8. th. 28.

Ad has A-
ctiones insti-
tuendas quid
requiritur?

§. 6. Ut autem cum effectu explicatæ hæ actiones moveri
possint, necesse est, ut pretium emtor solvat, aut offerat, & ven-
ditor rem tradat: aliàs ille exceptione pretii non soluti. l. 13. §. 8.
ff. de A. E. hic rei non traditæ repellitur. l. 25. ff. eod. Schrader. de
E. V. num. 70. Dn. Ludovell. Ex. 13. th. 4. lit. a. Sed quinam pri-
mò hunc contractum lite motâ implere debeat, an emtor, an
venditor, non intempestivè quæritur. Et illum oportere, qui
prius agere vult, patet ex l. 8. in fin. Cod. de A. E. l. 13. §. 8. ff. eod. Cu-
jac. lib. 23. obs. 15. Utraque autem actio, tam emti, quam vendi-
ti, ut supra dictum, est civilis. l. 33. ff. de edil. edit. bonæ fidei. l. 11.
§. 1. ff. de A. E. §. 28. Inst. de Act. perpetua. Dd. in l. 2. C. de rescind.
vend. Transitoria & directa, prout deducit VVesemb. in Par. de A.
E. num. 1. ac Goedd. disp. 7. th. 20. Et quanquam proprietate ser-
monis differant invicem actio emti & venditi, arg. l. 11. ff. de A. E.
cum aliud sit emere, aliud vendere, uti supra cap. 1. §. 3. ostendi-
mus: Dd. tamen his verbis promiscuè uti solent, quoniam con-
tractus hic est negotium sub duobus actibus correlativum,
prout declarat Mejerus in Coll. Arg. ad tit. de A. E. th. 1. Dn. Hahn
ad VVesemb. eod. t. n. 1.

§. 7. Actionibus Civilibus hōc modō explicatis adjungi-
 mus Actiones Prætorias seu ædilitias, quæ in triplici differentiâ
 sunt: aut enim est actio redhibitoria, aut æstimatoria, aut actio
 in factum. REDHIBITORIA est, quâ agit emtor ejusque heredes contra venditorem ejusque heredes *l. 23. §. 5. l. 48. §. 5. ff. de edil. ed. ad resolvendam in totum venditionem. l. 21. ff. d. t. restitutis in integrum omnibus ita, ut perinde ac si nullus Contractus fuisset, venditor mercem cum fructibus, & emtor pretium cum usuris recipiat. l. 27. l. 29. l. 60. ff. de edil. edict. Venit autem hanc in actionem restam immobilis quàm mobilis & se movens. l. 1. in pr. ff. d. t. Ut autem locus sit redhibitoria, una è justis causis adesse debet, quæ redhibitionem svadent; quænam autem sint illæ justæ causæ, non persequar, sed brevitatatis studio, ne sc. dissertatio nostra justam formam excedat, omitto; videndus est latè *Joh. Wilhelm Rövenstrunck, qui singulari hâc de re tractatu, sc. de meditat. edilit. c. 3. quatuor principales causas redhibitionis facit, quas refert Dn. Hahn ad Wesenb. tit. de edil. edict. num. 3. & 6.* Illud tamen h. l. non prætermittendum, si ob reticentiam morbi, vitivè instituat redhibitoria. *l. 1. §. 1. l. 38. ff. de edil. ed. quod non omne ac quodlibet vitium sufficiat, sed quod præter illa requisita, quæ Franzk. in Comm. ff. de edil. edict. num. 52. ac Dn. Hahn cit. loc. num. 6. referunt, insuper latens ac internum esse debeat, ita, ut non tam facilè ab emtore dignosci queat. l. 1. §. 6. ff. de edil. Ed. l. 14. §. f. eod. hinc si vitium fuerit visibile aut manifestum, emtor hâc actione experiri nequit. l. 1. §. 6. & l. 14. §. ult. ff. de edil. edict. Franzk. cit. loc. n. ss.* Nec ad rem facit, si vitium primâ fronte non statim appareat, modò per inspectionem saltem alicujus partis in corpore deprehendi possit. Unde infertur, si fortè porcus venditus laniis fuerit grandinosus, Germ. *Stuntg* cum tamen vitium hoc laniis ex apertione palati & inspectione lingvæ facile deprehendere possit, locum redhibitoria non esse, nec venditorem pretium restituere teneri. Vid. *Dn. Carpz. p. 2. Const. 34. Def. 16.* De venditione autem jumentorum, equorum præsertim, notandum, servandum?*

Actio Redhibitoria quid?

Vitium quomodo debet esse comparatum in Redhibitoria?

Quid de venditione equorum obdum, servandum?

Quando finitur?

dum, quòd licet Jure communi Casareo venditor pro omnibus vitiis internis, quæ non indicavit venditor, conveniri possit, ut demonstrant *Trentl. Vol. 2. Disp. 2. th. 2. Zæf. ad Cod. de edil. act. lit. b.* ubi nonnulla vitia nominatim refert. Jure autem Saxonico venditor equi de tribus saltim vitiis tenetur probante, *Carpz. p. 2. Const. 34. def. 17. &* quidem (1.) ne sit retrogradus, daß es nicht stätig. (2.) nec cæcitate latente laboret, nicht staarblind, & (3.) quòd non sit scabiosus, daß es nicht haarschlechtig. quibus alii, inter quos *Dn. Richter decis. 95. num. 33.* addunt quartum, puta si fuerit equus mucosus, German. *Kozig* / sed illud in foro Saxon. non attendi ait *Dn. Carpz. cit. l. n. 9.* Cum igitur Contractum actio hæc rescindat, idè breviori tempore concluditur, nimirum intra 6. menses utiles à die Contractus vel dicti seu promissi computandos. *l. 19. in fin. ff. de edil. edict. l. 2. C. de edil. act. Caballin. cap. 2. ad d. t. n. 30.* Duobus tamen casibus terminatur breviori tempore sc. duobus mensibus, (1.) Si venditor nolit cavere de iis, quæ edicto ædilium continentur. *l. 28. ff. de edil. edict.* (2.) Si emtor conqveratur de ornamentis jumenti sibi non traditis. *l. 38. ff. eod. Vid. Perez. in Cod. de edil. act. num. 7. ac Dn. Habn ad VVesemb. eod. tit. num. 8.*

Actio Estimatoria quid?

§. 8. Altera Actio, quæ ex Edicto ædilitio nascitur; est ESTIMATORIA, quæ & actio quantitatis seu quanto minoris dicitur. *l. 18. pr. ff. de edil. Edict. &* est, quæ emtor intra annum *l. 2. C. de edil. act. l. 19. §. fin. l. 38. in pr. ff. de edil. edict.* salvò manente Contractu petit, sibi reddi de pretio, quanti minoris res valuit ob vitium celatum, cum emeretur. & jam patefactum. *Vide VVesemb. in Parat. de edil. ed. num. 9. Knipschild. Ex. 8. th. 25. Colleg. Arg. ad d. t. th. 32.* Competit igitur hæc actio ob easdem causas, ob quas redhibitoria datur. *l. 25. §. 1. ff. de exc. rei jud. l. 38. in pr. ff. de edil. ed.* non quidem in hunc finem, ut contractus intotum rescindatur, sed uti dictum, ut tantum ex pretio emtori refundatur, quanto minoris res, cum venderetur, fuit. *l. 61. ff. de edil. edict.* Vitium autem hæc in actione ita debet esse com-
pa-

paratum, ut non planè rei usum impediatur, docente *Zæzio ad ff. de edil. edict. num. 15.* Competit quoque hæc actio tam hæredibus, quàm adversus eosdem. *l. 23. §. 5. l. 48. §. 5. ff. sæpè cit. tit. de edil. edict.* Finitur autem, uti supra dictum, intra spatium anni. *l. 2. C. de edil. act. & si venditor nolit cavere de iis, quæ edicto ædilium continentur, 6. mensibus terminatur. l. 23. ff. de edil. ed.* Plura de hæc actione, & quomodo differat à redhibitoriâ, vide apud *Trentl. Vol. 2. D. 2. th. 3. Colleg. Argent. de edil. ed. th. 34. Zæs. in Cod. d. t.* Tandem sese offert **ACTIO IN FACTUM**, quæ competit emtori vel ex eo, quòd rem emtam reddidit, pretium autem non recepit. *l. 31. §. 17. & 18. ff. de edil. ed. vel ob pactum, quo convenit, ut nisi placuerit, res emta reddatur. d. l. 31. §. 22. ff. d. t. quando autem terminetur hæc actio vid. Bocer. ad part. 3. ff. Disp. XI. th. 147. Trentl. Vol. 2. Disp. 2. th. 4. ibiq. Bachov. Caballin. tr. de edil. ed. c. ult.*

Actio in factum quid?

CAP. VII.

De Pactis, quæ solent huic Contractui apponi.

§ I.

Accedunt frequenter ex consensu emtioni & venditioni varia pacta, quorum præcipua ac celeberrima sunt hæc tria. (1.) **EST PACTUM ADDITIONIS IN DIEM**, quando venditor aliquam rem ita vendit, ut si quis intra certum diem meliorem conditionem attulerit, liceat venditori rem alii addicere. *l. 1. & tot. tit. ff. de in diem addict. Knipp-schild. Ex. 8. th. 19.* Addicere autem propriè hastæ verbum est, & significat auctione constitutâ rem apud eum constituere, qui sc. plus licitatus fuerit, monente *Zæzio in Comm. ff. ad tit. de in diem add. num. 4. Franzk. in Comm. ff. eod. tit. num. 3.* Fit autem addi-

De Pacto additionis in diem.

Addicere quid significat?

addictio vel purè, vel sub conditione, *l. 2. pr. ff. de in diem add.*
 PURE, quando sc. emtio contrahitur sub conditione resoluti-
 vâ, quando sc. reverà emtio contrahitur, sed pacto adjecto hoc
 agitur, ut meliore conditione allatâ ab emtione discedatur:
 SUB CONDITIONE: ut quando hoc agitur, & sub conditio-
 ne ita contrahitur, uti nisi melior conditio offeratur, emtio per-
 ficiatur, quæ dicitur addictio facta sub conditione suspensivâ.
Franzk. ad tit. ff. de in diem add. n. 5.

De meliori
 conditione
 oblata.

§. 2. Si igitur purè facta fuerit addictio non impeditur do-
 minii translatio in emtorem, ad quem proinde fructus & acces-
 siones pertinent, periculum & commodum rei transit, ac iis in-
 casibus, ubi venditor dominus non est, usucapiendi conditio de-
 volvitur, *l. 2. in fin. ff. de add. in diem.* At ubi conditionaliter fa-
 cta fuerit propter conditionem, quæ facit non impletum esse
 contractum, nihil transferri intelligitur, ac per consequens nec
 usucapere poterit emtor nec fructus ad eum pertinebunt. *l. 4. in
 pr. ff. d. tit.* Atque hæc ita se habent, donec melior conditio
 allata fuerit. Censetur autem melior conditio oblata, si ab alio
 emtore non tamen falso subjecto. *l. 6. in pr. ff. de in diem add.*
 pretio sit additum, sed etsi nihil pretio addatur, facilior tamen
 offeratur pretii solutio, vel maturior, locus solvendi oportunior,
 item si persona secundi emtoris magis idonea fuerit, *l. 4. §. fin. ff.
 de in diem add.* nihilominus melior conditio offertur: & in sum-
 mâ, ut paucis complectar, quicquid ad utilitatem venditoris per-
 tinet, pro meliore conditione haberi debet. *l. 5. ff. d. t. ac. Perez.
 in Cod. de pact. int. emt. num. 3.* Enimverò venditor conditionem
 hõc modo oblatam non cogitur acceptare. *l. 9. ff. de in diem add.*
 necesse tamen habet priorem emtorem hãc de re certiores face-
 re, ut si quod alius adjecit, ipse adjicere possit. *l. 8. ff. d. t. Donell.
 l. 16. c. 18. Harpr. in Comm. §. 4. Inst. de E. V. n. 4.*

De Lege
 Commissio-
 ria.

§. 3. Additioni in diem non absimile est alterum illud fre-
 quentissimum ac usitatissimum pactũ, quod dicitur LEX COM-
 MISSORIA, quando id agitur, ut, nisi intra certum diem pre-
 tium exsolvatur, res inempta sit. *l. 2. l. 4. & t. t. ff. de L. Commiss. Vo-
 ca-*

cabulum autem Legis hinc non pro jure, sed pro pacto accipitur, prout probat *Franzk in tit. ff. de L. Commiss. n. 1.* Pactum hoc autem quamvis otiosum videatur, & propterea Antonino Imp. displicebat. *l. 38. ff. de minor. id tamen probavit in venditionibus. l. 1. C. de pact. int. emt. Ant. Perez. in tit. C. de pact. int. erat. num. 8.* Committitur itaque si emtor, quamvis non interpellatus, cum dies pro homine interpellat, *l. magnam. 12. C. de contr. stip. premium statutâ die non offerat. l. 4. §. fin. ff. de L. Commiss.* Unde non solutâ intra statutum diem pecuniâ, jam Legis Commissoriæ effectus exercere sese incipit, & potestate suâ resolvit venditionem, *l. 1. ff. de L. Commiss. ac dominium rei ipso jure facit redire ad dominum. arg. l. ult. 1. & 5. ff. eod. l. 4. C. de pact. int. emtor. Bach. ad Treutl. Vol. 1. D. 28. th. 9. lit. D. ubi Vasquio dissentientia respondet:* in arbitrio tamen est venditoris, utrum velit rem inemtam esse, an premium petere. *l. 2. & 3. ff. de Leg. Commiss.* Cæterum potestas legis commissoriæ expirat, si offeratur intra præfixum tempus premium, proinde si venditor oblatum accipere nolit, aut absit, ut ei offerri nequeat, & emtor ad solvendum separatim esse solenniter testetur, atque ob signatione sibi consulat, se curus est. *l. 4. §. ult. l. ult. ff. de Lege Comm. Mejer. in Colleg. Arg. th. 5. h. t. ubi latius hanc materiam exponit.*

§. 4. Tertium Pactum, quod frequentissimè huic Contractui apponi solet, EST DE RETRO VENDENDO, Germ. *Wiederkauff*/quando sc. ita res distrahitur, ut oblato, quando cunque vel intra certum tempus pretio res venditori restituatur. *l. 2. C. de pact. int. emt. Treutl. Vol. 1. Disp. 28. th. 10. Knippschild. Ex. 8. qu. 11.* Sed hinc dubium, qualis actio ex hoc pacto detur? v.g. Titius cum pacto retrovenditionis prædium vendidit Cajo, Cajo non obstante tali pacto, vendidit iterum Sempronio, nullâ factâ mentione hujus pacti, quæritur, utrum realis detur actio adversus Sempronium, an personalis contra Cajum; quod posterius, ut pote in Camera decisum ac rationibus multis munitum, de quibus *Gail. lib. 2. Obs. 6. Zas. Consil. 12. num. 34. cum seqq. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. jur. quest. 21. n. 7. Chassan. ad consuet. Burgund. Rubr.*

Lex quomodo hinc accipitur?

De Pacto retrovenditionis.

Qualis actio ex hoc pacto datur?

br. 5. §. 1. n. 30. Berlich. p. 2. Concl. practicab. Concl. 2. n. 13. Harpr. in Comm. ad §. 4. Inst. de E. V. n. 11. Hunn. l. 3. V. R. tr. 7. q. 6. amplectimur. An verò pacto huic possit præscribi? videatur Gail. lib. 2. Obs. 18. Mynsing. 1 Obs. 16. & 6. Obs. 70. n. 21. Dn. Hahn ad VVesemb. tit. de rescind. vend. Quoad Jus verò Saxonicum Nov. Elect. Aug. p. 2. Constit. 1. quâ de relatisimè Berlich. p. 2. Conclus. 2. num. 83. & seqq.

CAP. VIII.

De Modis, quibus Emtio-Venditio rescinditur, ac ab eadem receditur.

§. 1.

Emtio - venditio quando dicitur rescindi?

Quando ab ea recedit?

Emtio venditio rescinditur ob dolum

Ob metum ac vim.

HActenus ea, quæ ad Constitutionem hujus Contractus spectant exposuimus, ratio ordinis nunc postulat, ut illas causas, quibus à Contractu hoc RESILIRE licet disertationi nostræ annectamus. RESCINDI autem venditio dicitur, quando illa uno contrahentium petente à magistratu, vel per sententiam Judicis dissolvitur: ab eâ verò dicitur RECEDI, quando hi, qui contraxerunt, eam irritam faciunt. *Pac. in Isagog. tit. de rescind. vend. ac Mejer. in Coll. Arg. eod. tit. th. 1.*

§. 2. Rescinditur itaque (1.) **SI QVIS DOLO DECEPTVS VENDIDIT**, l. 13. §. 4. & 5. ff. de A. E. l. 3. C. de resc. vend. Intelligimus autem dolum, qui incidens fuerit, non qui causam dedit Contractui; *Goedd. Disp. 7. th. 15. lit. C. Dn. Ludovell. Disp. 13. th. 1. lit. a. hic enim Contractum Emtionis ipso jure nullum reddit. l. 7. in pr. ff. de dol. mal. fac. l. 16. §. 1. ff. de minor. l. 3. §. ult. ff. pro socio. Treutl. Vol. 1. D. 28. th. 2. lit. f. Harpr. in Comm. §. ult. Inst. h. t. n. 73. Dn. Hahn ad VVesemb. tit. de dol. mal. num. 1. ubi VVesemb. dissentienti satisfacit.* (2.) rescinditur, **SI PER METVM AC VIM contracta fuerit Emtio-Venditio**. l. 1. l. 8. C. de resc. vend. l. 4. §. 8. C. de his, quæ vi metusve causâ gesta sunt. Et quamvis ejusmodi emtio

emptio summo jure valeat, cum coacta voluntas etiam voluntas aestimetur. *l. si mulier. 21. §. si metu 5. ibi. coactus volui. ff. quod metus causa*, tamen quia res pessimi exempli est, rata non habetur, sed rescinditur. *l. 1. §. 8. C. de rescind. vend. Joh. Robert. lib. 3. Animadv. Jur. Civ. c. 3* dummodo metus justus sit, & qui cadat in constantem virum. *l. 6. ff. quod metus caus. monente Perezio in C. de resc. vend. n. 4.*

§. 3. (3.) Ratione LÆSIONIS ULTRA DIMIDIUM JUSTI PRETII emtionem - venditionem rescindi Imp. Diocletianus ac Maximin. rescripserunt in nobili *l. 2. C. de resc. vend.* Et quamvis naturaliter se circumvenire toleretur. *l. 16. §. penult. ff. de min. l. 22. §. fin. ff. locat.* hoc tamen non accipiendum de grandi jacturâ, sed de modicâ deceptione, uti supra *Cap. 3. §. 8.* declaravimus. Ejusmodi autem licita ac modica deceptio non est læsio ultra dimidium justii pretii; quæ quomodo accipienda sit, nõ satis inter Dd. constat, uti refert *Perez, cit. loc. n. 6.* Cui tamen videtur illorum vera sententia ac conveniens menti *l. 2. C. de resc. vend.* qui dicunt, tum demum veram esse deceptionem ultra dimidium, quando venditor pro re 100. aureis dignâ minus 50. accepit, ac Emtor si dederit supra 200. Hinc læsione tali modo factâ utriq; tam emtori, quam venditori benefic. *l. 2. C. de rescind. vend.* succurrendum esse statuo, prout ostendit ac probat *Johan. l. 2. C. de resc. Harpr. in Comm. §. ult. Inst. de Emt. Vend. num. 105.* atque de hac universâ materiâ nobilissimâ sanè ac pulcherrimarum quæstionum plenissimâ latiùs tractant *Ar. Pinell. ad l. 2. C. de resc. vend. Molineus tract. commercior & usur. quest. 14. n. 175. & seq. And. Gerhardi decad. 14. quest. 10. Obrecht. Disput. 35. thes. 105. Fachin. lib. 2. Controv. cap. 20. & seq. Hunn. lib. 3. Tr. 7. V. R. J. qu. 10. & c. Zæf. in Cod. tit. de rescind. vend.* In Foro autem nostro quid observandum *Vid. Nov. Elect. Aug. p. 2. Const. 34. ibiq; Dan. Möll. ac Dn. Carpz.*

Item ob immodicam læsionem.

Declaratur, quænam sit propriè deceptio ultra dimidium. An Benefic. *l. 2. C. de resc. vend. succurratur.*

§. 4. Rescinditur (4.) Emtio. Venditio JURE ΠΡΟΤΙΜΗ - ΣΕΩΣ, h. e. prælationis seu retractus, quando sc. venditio à proximo Consanguineo, vel consorte, retrahitur. *Harpr. ad §. ult. Inst. de Emt. Vend. n. 256.* in iis sc. locis, ubi hoc jus est receptum.

Rescinditur jure Protimiscos.

Quamvis enim vigore Constitutionis Imp. Valent. Theodof. & Arcad. quæ extat l. 14. C. de contr. emt. Jus hoc protimiseos abrogatum fuerit, Consuetudine tamen multis in locis est receptum, prout testatur Harpr. all. loc. & de hoc jure etiam extat constitutio Friderici Imp. in lib. 5. Feud. tit. 13. de quo jure vid. Tiragvell. in præfat. de utroq. retractu, n. 1. & 7. Alberic. de Rosat. part. 1. statut. qv. 93. Matth. de Afflict. in rubr. de Jure protimiseos. Althus. l. 1. Dico. c. 15. n. 31. Berlich. Concl. Pract. p. 2. Concl. 39. Theod. Reinking intr. de retractu Consanguinit. q. 1. n. 10. Dn. Carpz. p. 2. 7. P. F. Const. 31. Def. 2. & seq. Tandem rescinditur emtio-venditio actione redhibitoria, de quâ suprâ c. 6. §. 7. Item certis quibusdam casibus, ob errorem, de quibus etiam suprâ, ac Franzk. in Comm. ff. tit. de rescind. vend. n. 5. Dn. Ludov. D. 13. th. 1. lit. a.

Quomodo
ab hoc con-
tractu rece-
ditur?

§. 5. Aliquando etiam citra rescissionem magistratus ad emtione RECEDITUR, sc. utroque in id consensu, modò re adhuc integra sit, l. 2. l. 5. & tot. tit. ff. de resc. vend. l. 1. C. quana. lic. ab emt. disc. l. 58. ff. de pact. §. fin. Inst. quib. mod. tollit. obl. Dicitur autè notanter RE INTEGRA, id est, quamdiu pretium solutum, aut res tradita nondum fuerit. Allàs enim contractum ab unâ parte per traditionem impletum nudus consensus non dissolvit, sed requiritur retrotraditio eorum, quæ præstita sunt. d. l. 1. C. quana. lic. ab emt. ac l. 58. ff. de pact. Franzk. in Comm. ff. de rescind. vend. n. 6. Atque hæc fuerunt, quæ pro instituti ratione, ac tenuioris ingenii modulo, de amplissimâ ac diffusissimâ EMTIONIS-VENDITIONIS materiâ, pingvi, quod ajunt, Minervâ, tradere volui. Veniam dabit Benevol. Lect. si ea, quæ sic propter rerum singularem excellentiam ac nobilitatem eminent, & talem elaborationem meritò deposcunt, qualem vix peritissimus Legum dignè satis exhibere poterit, à me impolitè & ruditer confecta fuerint. Si igitur quâ in re erratum aut aliquid cessatum, id aliquando, DEO dante, impensè resarciatur, Sit igitur Dissertationi huic.

impositus

F I N I S.

Soli DEO Laus Honor & Gloria.

Non sufficit gessisse temet haecenus
 Tātūm BONUM, BESSERE, cui præcor-
 Finxisse de MELIORE suspicor luto (dia-
 Titana. Scilicet vel ipſus indies
 MELIORIBUS dotes adauges ingenl.
 Hos namq; testes provoco chartaceos.
 Hem! Perge, fies, spondeo, sic OPTIMUS.

BARTHOL. LEONHARD.
 Suendendörffer,
 U. J. D. & P. P.

Vidimus *Emporii* nuper spectacula nostri.
Vendit advectas Institor, *emit* opes.
 Haud secus Aonidū, BESSERE, negotia tractas:
 Ingenii coemis munera pulchra tibi
 Accumulas multo tibi mercatoris ad dinstar
 Sudore eximias mentis & artis opes.
 Pallas amica suas tibi dat cum foenore merces:
 Te beat egregiis dotibus Alma Themis.
 Has animi dotes nunc venum exponere gestis:
Emtio quod præsens *venditio*q; probat.

E 3.

Perge

Perge bonis avibus; mentis porro exsere merces!
Ingenii extollet Patria dona tui.

L. PAULUS FRANCISCUS
Romanus.

Non possunt animi docti latitare subinde,
Sed qværun't summis perplacuisse viris.
Hocce fuisse tuos novi, BESSERE, labores;
Dum scriptum hoc prodis, victor abire potes.
Grator de partu felici mentis acutæ,
Qvô poteris qvosvis conciliare Tibi.

*Ita per Eximio Domino Respondenti, festinan-
tissimo calamo approperabat*

L. GEORGIUS GUILLIELMUS
Rühlwein.

Emptio - venditio quid sit dulcissime Amice,
Differis; hoc ipso vendis emisq; simul.
Vendis doctrinam, laudes emis ipse perennes.
Maçte his! sic clara est Emptio - venditio.

J.C. Sritsch/LL, Stud.
50

1.

SO KAUFFE man EHR' und RUHM/
 Durch wachen Schlaaf und auf-geweckte Sinnen;
 Die seynd der PNEIS / damit wir dieses EIGEN-
 THUM

Dem Phobus ab- uns aber an-gewinnen:
 Wer dieses theure GUT begehrt/
 Der bringe GELD und FLEIS; die seynd der
 nächste WERTH.

2.

Der Pöbel dencket zwar/
 GELD könte nur hierinne Meister spielen;
 Wann nur ein Reicher ihm in einer grossen Schaar
 Das stumme Volck der Weisen könt' erzielen:
 Alleine / wem die lincke Brust
 Was stärker schlägt / dem wird ein anders seyn bewußt.

3.

Schick' alles Geld und Guth
 In Nieder-Land; laß an die Senne lauffen;
 Durch-kreuch die ganze Welt / wo nur gelehrte Brut
 Gehäget wird / umb Bücher ein-zukauffen;
 Wend' eisern Fleiß im Lesen an:
 Vergebens! bricht dir nicht ein adler Geist die Bahn.

4.

Der Feuer umb die Brust
 Und Stirne fühlt; ein solcher kan es enden;

Doch

Doch daß ein steter Fleiß die angebohrne Lust
 Begleiten hilff; So kan er was vollenden!
 Umb diesen WERTH und PREIS allein
 Soll EHREN-WARKE feil/und zu verkauffen seyn!


5.
 Solch ein beflammter SYNN
 Ist auch in Dir / mein BESSER / an-gestecket
 Ich frage dich: Was war dein Spiel-und Lust-beginn?
 Ein solcher FLEIS/der andre fast erschrecket.
 Wie? läugnestu? Schau! daß es wahr/
 So stell ich DAS DEIN WERCK Dir meinen
 Zeugen dar!

6.
 Wolan! der PREIS liegt hier:
 Die WARKE wird dir auch nicht aussen-bleiben;
 Mich dünckt / es lasset schon die theure Schnecken-Bier
 Der MUSEN-PRINZ von weiten her verschreiben;
 Und diese Dir zum EIGENTHUM.
 Drum bleibt es doch darbey: SO KAUFFE MAN
 EHRE UND RUHM!


J. A. C.








ULB Halle 3
003 070 840




TA-OL.

1077







B.I.G.

Farbkarte #13

URIDICA

1662, 22

ADOLPHO
ADOLPHO

26
11

te Nobilissimi
berima Lipsien-

Consultissimo,
ADOLPHO

L. D. ac Practico

tatem devenerando

ICH Besser/

NDENS,
M DC LXII.

loris consvetis.

10.

GI COLERI.

H. D. Philips